Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel: Aristoteles – Nürnberg, STN, Cent. IV, 1
Signatur: Cent. IV, 1

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

quia non recipit divisionem nisi
tempore et intelligencia quidem non
est cum tempore immo est altior
et superior omni tempore et omni
multitudine quod si inveniatur
in ea multitudine non inveni
catur nisi quod res existens una cum
igitur intelligentia sit secundum hunc modum
penitus divisionem non re
cipit et significatio quidem illius est
redeatio sui super essenciam suam. scilicet
cum non extenditur cum re
extensa ut sit una suarum
extremitatum secundum est ab eo quod
quod cum vult scientiam rei corporalis
extenditur cum ea et ipse stat
fixa secundum suam dispositionem quia
est forma a qua non pertransit ad
ad corpora quidem non sunt ita
et significatio quod intelligencia non
est corpus neque dividitur essencia sua
et operatio eius est quod utraque sunt
res una et intelligencia quidem
est multa propter bonitates que ad
veniunt ei a causa prima
et ipsa quamvis multiplicetur
per hunc modum tamen quia appropin
quat uni fit unum et non di
viditur et intelligencia quidem
non recipit divisionem quia est
principium creatum quod creatum
est a prima causa et unitas
est dignior ea quam divisio. Iam
ergo verificatum est quod intelligen
cia est super quod non est mag
nitudine neque corpus neque movetur
per aliquem modorum motus cor
porea quare propter hoc est super tempus
et cum eternitate sicut ostendimus.

Omnis intelligencia scit quod

est supra se. et quod est sub se

verumptamen quod est sub se quia est

causa ei. ....

Et scit quod est super se quia adquirit
bonitates ab eo et intelligencia quidem
est sempiterna intelligens. ergo secundum modum
substancie sue scit res quas adquirit de
super et res quibus est causa ergo
ipsa discernit quod est supra eam
et quod est sub est creatum sub ea
et cognoscit causam suam et
creatum suum per modum qui
est causa eius. scilicet per modum
substancie sue et sic omnis sciens
non scit rem meliorem et
et deteriorem nisi secundum
sicut substancia et sua esse et non secundum mo
dum. sed quia res sunt et sic ita
est hoc tunc proculdubio bo
nitates que descendunt super
intelligentiam a causa pri
ma in ea intelligibiles et si
militer res corporee sensibiles
sunt intelligencia intelligibiles.
Quod est quia res que sunt in
telligencia non sunt impressiones
ipse immo sunt cause impressionum
et significatio illius est quod
intelligencia ipsa est causa rei
et que sub ea per hoc quod est in
telligencia. Quia ergo intelligen
cia est causa rerum intelligencia
sunt intelligibiles etiam. Iam
ergo manifestum quod res supra in
telligenciam et sub ea sunt per
virtutem intelligibilem similiter
res corporee cum intelligencia
sunt intelligibiles quia ipsa est
causa causarum et quia ipsa non ap
prehendunt nisi per modum
sue substancie et quia intelligencia apprehen
dit res apprehensione intelligibili